



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

3. Pastoralis Romani &c. Litteræ Processus, Publicatæ die Cœnæ Domini
Anno 1701.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](#)

liones, nisi de illis expressa mentio, aut specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari queant; necnon regula nostra de non concedendis indulgentiis ad fastat, ac quorumcumque Ordinum, & Congregationum, sive Institutorum regularium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboretur statutis, & consuetudinibus: privilegiis quoque, indulxit, & literis Apostolicis eisdem Ordinibus, Congregationibus, & Institutis, illorumque personis quomodolibet concessis, approbatis. & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores praesentibus pro sufficienter expressis, ac formam in eis traditam pro servata habentes, hac vice specialiter, nominativi, & expressæ ad effectum præmissorum derogamus, ceterisque contraria quibuscumque.

S. 6. Ut autem praesentes nostre, quæ ad singula loca deferri non possunt, ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus, ut earundem praesentium transumptis, vel exemplis, etiam impressis, manu aliquius Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constituta munitus, ubique locorum, & gentium eadem profusa fides habeatur, quæ haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Darum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die xxv. Februarii MDCCI. Pontificatus nostri anno primo.

F. Oliverius.

Anno à Nativitate Domini Nostrí Iesu Christi millesimo septingentesimo primo. Indictione nona, die vero 25. Februario. Pontificatus SS. D. N. D. Clementis Divinæ providentia Papæ XI. anno primo supradicta litera Apostolica affixa, & publicata fuerunt ad valvas Basilicarum Lateranensis, Vaticanae, & Libertiana, Cancellarie Apostolicae, Montis Citorii, Aciæ Campi Flora, at aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Joannem Gracum SS. D. N. PP. Curs.

Laurentius Cristallinus Curorum Magister.

ERECTIO

Congregationis Sublevaminis pro Alma Urbe.

Proemium.

R Everendiss. Cardinale Galeazzo Mariscotti. Fra le molte, e gravi cure, che c' occupano l'animo nel principio del nostro Pontificato, non è la minore quella del sollievo, e beneficio della nostra Città di Roma, non solo per quello riguarda il rinovare, e promovere, e far rifiorire l'Arte dell'Agricoltura, d'onde può derivare si rilevante beneficio all'iftessa Città, la conservazione, ed augmento dell'Arti, che vi sono, e l'introduzione dell'altri, il facilitare il traffico, e negoziazione per mare, per terra, il riformare, e togliere gl'abusi introdotti, mà ancora per quello riguarda il decoro, e stima del Senato Romano, il benefizio e sgravio della Camera Capitolina, e generalmente l'ottimo, e felice governo economico della medesima Città in tutte le sue parti. E benche dà nostri Predecessori per il buon regolamento dell'Annona, e Gracia, tanto in detta Città di Roma, come in tutto il nostro Stato Ecclesiastico siano emanate diverse Costituzioni, e specialmente da Sisto V. e Paolo V. di fel. record, in data dell'23. Marzo 1587., e dell' 7. Maggio 1588., e dell' 19. Ottobre 1611. rispettivamente e istituite à tal effetto diverse

Congregazioni, nientedimeno per la longhezza del tempo, ò per la morte di quelle Personæ, ch'erano state deputate, ò per altra cagione sono in poco uso, e quasi del tutto antiquate; Di qui è, che per conseguire con maggiore facilità il nostro intento unicamente diretto al pubblico bene, ed evitare la confusione, che per la multiplicità, e numero delle medesime Congregazioni potesse insorgere, abbiamo deliberato exigere, ed instituire una nuova Congregazione con sopprimere, e abolire l'antiche iudeite; E perciò di nostro moto proprio, certa scienzi, e pienezza della nostra potestà Pontificia, sopprimendo, e abolendo l'antiche Congregazioni sopradette, erigiamo, & deputiamo una Congregazione degli Reverendissimi Cardinali Mariscotti, Spada, Panciatici, Francesco Barberino, e di S. Cesareo Camerleno, e degli Monsignori Tesoriere Generale, Prefetto dell'Annona, Presidente della Gracia, Caffarelli, Origo, e Commissario della nostra Camera, e delli Marchesi Antonio Santa Croce, Conte Alessandro Capizucchi, Urbano Rucci, e Tiberio Cenci, ò altri da deputarsi da Noi, Prefetto della quale vogliamo siate voi, Reverendissimo Mariscotti, e Segretario Monsignor Silvio de Cavalieri, con la facoltà di chiamarvi anco à vostro arbitrio, secondo, che richeferà la qualità delle materie, che dovranno esaminarvisi, li Conservatori pro tempore della detta Città di Roma, li Consoli dell'Agricoltura; ed altre Personæ; Trasferendo in detta nuova Congregazione tutte, e singole facoltà conceesse, e contenute nelle sopradette Costituzioni di Sisto V. e Paolo V. ed altri nostri Predecessori, il tenore delle quali vogliamo per espresso nel presente Chirografo; e in oltre dando, e concedendo alla medesima nuova Congregazione per le cose sopradette, e secondo richiederà la necessità, ò utilità pubblica, le facoltà opportune di fare Editti, e Regolamenti per il sollievo della detta Città di Roma, e specialmente per ben regolare l'Agricoltura, Annona, e Gracia, e generalmente per ogn'altra cosa, che potesse riguardare il buon governo temporale economico di essa Città, e Popolo di Roma, e Camera Capitolina; Dichiarando, che le facoltà rispetto all'Agricoltura, Annona, e Gracia s'intendano conceesse anche per tutto il nostro Stato. Volendo, e decretando, che il presente segnato da Noi, benche non ammesso, e registrato in Camera, secondo la Bolla di Pio IV. de registrandis nostro Predecessore, habbia il suo pieno effetto, e quel tanto, che farà dalla medesima Congregazione risoluto, debba havere l'esecuzione, non ostante tutte, e singole cose premesse, e qualisivoglia altra Costituzione Apostolica munita con qualisivoglia clausula, uso, stile, e consuetudine in contrario, alle quali, e qualunque altra cosa facesse, ò potesse fare in contrario, deroghiamo per l'effetto iudicato, essendo così nostra mente, e volontà deliberata. Data dal nostro Palazzo Apostolico di S. Pietro in Vaticano questo di 1. Febraro 1701.

Clamens Papa XI.

LITERÆ PROCESSUS

Publicata die Cœnæ Domini Anno M DCCI.

CLEMENS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei; Ad perpetuam
rei memoriam

Paforalis Romani Pontificis vigilantia, & sollicitudo, cum in omni Christianæ Reipublica

Veteres Con-gregations pro Annona regime in-stitutas abo-let, & novam erigit.

Cui amplas tribuit facul-tates pro di-rectione re-rum ad Agri-culturam, & Annonam, necnon ad economi-cum Camera Capitolina regi-men per-tinentium.

Exordit ab obligatio-ni-

pace,

A N N O

1701.
ne Romani
Pontificis
conseruanda
fartam tec-
tam Fidem
Catholicam.

pace, & tranquillitate procuranda pro sui munereis officio assidue versatur, tum potissimum in Catholicæ Fidei, sine qua impossibile est placere Deo, unitate, atque integritate retinenda, & conservanda, maxime eluet. Nimitum, ut fideles Christi non sint parvuli fluctuantes, neque circumferant omni vento doctrina in nequitia hominum ad circumventionem erroris, sed omnes occurrant in unitatem fidei, & agitacionis filii Dei in virum perfectum, neque se in hujus vita societate, & communione ladant, aut inter se alteri offensionem prebeant, sed potius in vinculo charitatis conjuncti, tanquam unius corporis membra sub CHRISTO capite, ejusque in tertio Vicario Rom. Pontifice Beatis Petri Successore, à quo totius Ecclesiæ unitatis dimanat, augeantur in adiunctionem, atque ita Divina gratia adjutrice, sic præsentis vita quiete gaudent, ut futura quoque beatitudine perfrauantur. Ob quas sane causas Rom. Pontifices Prædecessores nostri, hodierna die, quæ anniversaria Dominiæ Cenæ commemoratione solemnis est, spiritualem Ecclesiastice disciplinæ gladium & salutaria justitiae arma per ministerium Summi Apostolatus ad Dei gloriam, & animarum salutem solemniter exercere confueverunt. Nos igitur, quibus nihil opribilius est, quam fidei inviolata integritatem, publicam pacem, & justitiam, Deo auctore, tueri, vetustum, & solemnum hunc morum sequentes.

S. 1. Excommunicamus, & anathematizamus ex parte Dei Omnipotens Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, auctoritate quoque Beatorum Apostolorum Petri & Pauli, ac Nostræ, quocumque Hussitas, Wycliefistas, Lutheranos, Zwingianos, Calvinistas, Ugonottos, Anabaptistas, Trinitarios, & à Christiana Fide Apostatas, ac omnes, & singulos alios Hæreticos quocumque nomine censeantur, & cujuscunque secta existant, ac eis credentes, eorumque receptatores, fautores, & generaliter quolibet illorum defensores, ac eundem libros hæreticorum continentes, vel de Religione tractantes sine auctoritate nostra, & Sedis Apost. scienter legentes, aut reuidentes, imprimentes, seu quomodolibet defendentes ex quavis causa publice, vel occulte, quovis ingenuo, vel colore, necnon Schismatics, & eos qui se à nostra, & Romani Pontificis pro tempore existentis obedientia perturbaverint, subtrahant, vel recedunt.

S. 2. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos cujuscunque status, gradus, seu conditionis fuerint. Universitates vero, Collegia, & Capitula quocumque nomine nuncupentur, interdicimus, ab ordinationibus, seu mandatis nostris, ac Romanorum Pontificum pro tempore existentium ad universale futurum Concilium appellantes: necnon eos, quorum auxilio, consilio, vel favore appellatum fuerit.

S. 3. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes Piratas, Cursarios, ac Latrunculos maritimos, discurrentes Mare nostrum, præcipue à Monte Argentario usque ad Terracinam, ac omnes eorum fautores, receptatores, & defensores.

S. 4. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos, qui Christianorum quorūcumque navibus, tempestate, seu in transversum (ut dic̄ solet) jaclatis, vel quoquomo nausfragium passis, sive in ipsis navibus, siue ex eisdem ejecta in mari, vel in littore inventa cujuscunque generis bona, tam in nostris Tyrrheni, & Adriatici, quam in ceteris cujuscunque maris regionibus, & littoribus, surriperint; ita ut nec ob quocumque privilegium, consuetudi-

nam, aut longissimi, & immemorabilis temporis possessionem, seu aliud quemcunque praetextum excusari possint.

S. 5. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, qui in Tertio suis nova Pedagia, seu Gabellas, præterquam in casibus sibi à jure, seu ex speciali Sedis Apostolica licentia permisso imponunt, vel augent, seu imponi, vel augeri prohibita exigunt.

S. 6. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes falsarios Literarum Apostolicarum, etiam in forma Brevis, ac supplicationum gratiam, vel iustitiam concernentium, per Romanum Pontificem, vel S. R. E. Vicecancellarios, seu gerentes vices eorum, aut de mandato ejusdem Romani Pontificis signatarum, necnon falso publicantes Literas Apostolicas, etiam in forma Brevis, & etiam falso signantes supplications hujusmodi sub nomine Romani Pontificis, seu Vicecancellarii, aut gerentium vices prædictorum.

S. 7. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Saracenos, Turcas, & alios Christiani nominis hostes, & inimicos, vel Hæreticos per nostras, sive hujus Sanctæ Sedis sententias expresse, & nominatim declaratos deferunt, seu transmittunt equos, armis, ferrum, filum ferri, stannum, chalybem, omniaque alia metallorum genera, atque bellicia instrumenta, lignamina, canapem, funes, tan ex ipso canape, quam alia quacumque materia, & ipsam materiali, aliaque hujusmodi, quibus Christianos, & Catholicos impugnant, necnon illos, qui per se, vel alios de rebus statum Christianæ Republicæ conceruentibus in Christianorum perniciem, & damnum, ipsos Turcas, & Christianæ Religionis inimicos, necnon Hæreticos, in damnum Catholicæ Religionis, certiores faciunt, illisque ad id auxilium, consilium, vel favorem quomodolibet præstant. Non obstantibus quibuscumque privilegiis, quibusvis personis, Principibus, Rebuspublicis per Nos, & Sedem prædictam hactenus concessis de hujusmodi prohibitione expressam mentionem non facientibus.

S. 8. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes impedites, seu invadentes eos, qui viualia, seu alia ad ipsum Rom. Curia necessaria adducunt, ac etiam eos, qui ne ad Rom. Curiam adducantur, vel afferantur, prohibent, impediunt seu perturbant, seu hæc facientes defendunt per se, vel alios, cujuscunque fuerint ordinis, præminentia, conditionis, & status, etiam Pontificali, seu Regali, aut alia quavis Ecclesiastica, vel mundana præfulgeant dignitate.

S. 9. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Sedem Apostolicam venientes, & recedentes ab eadem suâ, vel aliorum operâ interficiunt, mutilant, spoliant, capiunt, detinent; necnon illos omnes, qui jurisdictionem ordinariam, vel delegatam à Nobis, vel Nostris Judicibus non habentes, illam sibi temere vindicantes, similia contra morantes in eadem Curia audent perpetrare.

S. 10. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficietes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes, seu deprædantes Romipetas, seu Peregrinos ad Urbem causa devotionis, seu peregrinationis accedentes, & in ea morantes, vel ab ipsa recedentes, & in his dannatis auxilium, consilium, vel favorem.

S. 11. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficietes, mutilantes, vulnerantes, percidentes, capientes, careerantes, detinentes, vel hostiliter insequentes S. R. E. Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episco-

A N N O

1701.
Imponentes
nova Pedagia,
& Gabellias, vel ea au-
gentes.Falsificantes
literas Apo-
stolicas, &
supplicatio-
nes signatas
necnon falso
publicantes
literas Apo-
stolicas.Diferentes
ad Christiani
nomini hos-
tes, & hæ-
reticos, arma &
alia usui bel-
lico aptas, nec
non nunciante-
tes ad statum
Reipublicæ
Christianæ
pertinentia
in Christiano-
rum dam-
num.Impedientes
eos, qui vic-
tualia, & alia
necessaria ad
Urbem defe-
rentur.Offendentes
sua, vel alio-
rum opera
eos, qui ad
Sedem Apost. veniunt, vel
ab ea rece-
dunt, & sine
Juris, ve-
xantes eos,
qui Romæ
commorantur.Offendentes
eos, qui ad
Urbem devoti-
onis causa
peregrinanti-
tur, vel ibi
degunt, ac
recedunt.Offendentes
S. R. E. Car-
diniales, a-
lioque Ec-
clesiarum

Prelatos, nec
non Legatos,
& Nuncios
Sedis Aposto-
latica.

Offendentes
eos, qui pro-
fusi negotiis
ad Rom. Curia-
m recur-
runt, ac eo-
rum Procura-
tores, & Ju-
dices ex cau-
sis dd. nego-
tiorum.

Appellantes
à gravamine,
vel futura
executio. e
Literarum
Apost. ad
secularem
potestatem.

Impedientes
editionem
actorum ex-
ecutionis Lite-
rarum Apo-
stolicarum
necnon ve-
xantes quo-
modolibet
Partes Nota-
rios, aliosque
Oficiales ex
causa hujus
executionis.

Temere avo-
cantes à De-
legatis Se lis
Apost. aliisque
Judicibus Eccle-
siasticis causas
Beneficiale
& spirituales.

pos, Sedisque Apostolicae Legatos, vel Nuncios aut eos à suis Diocesis, Territorii, Terris, seu Dominii ejientes, necnon ea mandantes, vel rata habentes, seu praestantes in eis auxilium, consilium, vel favorem,

§. 12. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per se, vel per alios, personas Ecclesiasticas qualunque, vel seculares ad Romanam Curiam super eorum causis, & negotiis recurrentes, ac illa in eadem Curia praefuentes, aut procurantes, negotiorumque Gentes, Advocatos, Procuratores, & Agentes, seu etiam Auditores, vel Judices super dictis causis, vel negotiis deputatos, occasione causarum, vel negotiorum hujusmodi, occidunt, seu quoquomodo percutiunt, bonis spoliant, seu qui per se, vel per alios directe, vel indirecte, delicta hujusmodi committere, executi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel favorem praestare non verentur, cujuscumque praeminentia, & dignitatis fuerint.

§. 13. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes tam Ecclesiasticos, quam Saculares cujuscumque dignitatem, qui praetextentes frivolum quandam appellationem à gravamine, vel futura executione Literarum Apostolicarum etiam in forma Brevis, tam gratiam, quam iustitiam conceruent: necnon citationum, inhibitorynum, sequestrorum, monitoriorum, processuum, executorialium, & aliorum decretorum à Nobis, & à Sede praedita, seu Legatis, Nuncio, Praesidentibus, Palati nostri, & Camerae Apostolicae Auditoribus, Commissariis, alisque Judicibus, & Delegatis Apostolicis emanatorum, & quæ pro tempore emanaverint, aut alias ad Curias saculares, & laicam potestatem recurrent, & ab eâ instanti etiam Fisci Procuratore, vel Advocato, appellations hujusmodi admitti, ac literas, citationes, inhibitorynes, sequestra, monitory, & alia predicta capi, & retineri faciunt, quive illa simpliciter, vel sine eorum beneplacito, & consensu, vel examine executioni demandari, aut ne Tabelliones, & Notarii, super hujusmodi literarum, & processuum executione, instrumenta, vel acta conficer, aut confessi, Parti, cuius intercessit, tradere debeant, impediunt, vel prohibent, ac etiam partes, seu eorum agentes, consanguineos, affines, familiares, Notarios, Executores, & Subexecutores literarum, citationum, monitoriorum, & aliorum decretorum capiunt, percutiunt, vulnerant, carcerant, detinent, ex Civilibus, Locis & Regnis ejiciunt, bonis spoliant, perterrefaciunt, conciunt, & communiantur per se, vel alium, seu alios, publicè, vel occultè, quive aliis quibuscumque personis in genere, vel in specie, pro quoibus eorum negotiis prosequendis, seu gratias, vel literis impetrandis ad Rom. Cur. accedant, aut recursum habeant, seu gratias ipsas, vel literas à dicta Sede impetrant, seu impetratis utantur, directe, vel indirecte prohibere, statuere, seu mandare, vel eas apud se, aut Notarios, seu Tabelliones, vel alias quomodolibet retinere presumunt.

§. 14. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & quoscumque, qui per se, vel alios, auctoritate propriâ, ac de facto, quarumcumque exemptionum, vel aliarum gratiarum, & Literarum Apostolicarum praetextu, beneficiale, & decimaru, ac alias causas spirituales, & spiritualibus annexas, ab Auditoribus, & Commissariis nostris, alisque Judicibus Ecclesiasticis avocant, illorumque cursum, & audienciam, ac Personas, Capitula, Conventus, Collegia, causas ipsas prosequi volentes impediunt, ac se in illarum cognitione, tanquam Judices interponunt; quive partes actrices, quæ illas committi fecerunt,

& faciunt, ad revocandum, & revocari faciendum citationes, vel inhibitiones, aut alias literas in eis decretas, ad faciendum, vel consentendum eos, contra quos tales inhibitiones emisarunt, à censuris & penis in illis contentis absolvî, per statutum, vel alias, compellunt; vel exequitatem Literarum Apostolicarum, seu exequitorium, processuum, ac decretorum praedictorum, quomodolibet impediunt, vel suum ad id favorem, consilium, aut assensum præstant, etiam praetextu violentie prohibenda, vel aliarum prætextorum, seu etiam, donec ipsi ad Nos informando, ut dicunt, supplicaverint, aut supplicari fecerint, nisi supplicationes hujusmodi coram Nobis, & Sede Apostolica legitime prosequantur, etiam talia committentes fuerint. Praesidentes Cancellariorum, Consiliorum, Parliamentorum, Cancillarii, Vicecancellatii, Consiliarii ordinarii, vel extraordinarii quorundamque Principum secularium, etiam Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacumque præfulgent dignitate, aut Archiepiscopi, Episcopi, Abbates Commendatarii, seu Vicarii fuerint.

§. 15. Quive ex eorum prætemplo officio, vel ad instantiam partis, aut aliorum quorundamque personas Ecclesiasticas, Capitula, Conventus, Collegia Ecclesiistarum quorundamque coram se ad suum Tribunal, Audientiam, Cancillariam, Consilium, vel Parliamentum, præter Juris Canonici dispositionem trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant directe, vel indirecte, quovis quæstio colore: necnon qui statuta, ordinaciones, constitutions, pragmaticas, seu quavis alia decreta in genere, vel in specie, ex quavis causa, & quovis quæstio colore, ac etiam praetextu cujusvis consuetudinis, aut privilegii, vel alias quomodolibet fecerint, ordinaverint, & publicaverint, vel factis, & ordinatis usi fuerint, unde libertas Ecclesiastica tollitur, seu in aliquo leditur, vel deprimitur, aut alias quovis modo restringitur seu nostris & dictæ Sedis, ac quanuncumque Ecclesiistarum iuribus quomodolibet directe, vel indirecte, tacite, vel expresse præjudicatur.

§. 16. Necnon qui Archiepiscopos, Episcopos, aliosque Superiores, & inferiores Prelatos, & omnes alios quoscumque Judices Ecclesiasticos ordinarii quomodolibet hac de causa directe, vel indirecte carcerando, vel molestando eorum Agentes, Procuratores, familiares, necnon consanguineos, & affines, aut alias impediunt, quominus sua iurisdictione Ecclesiastica contra quoscumque utantur, secundum quod Canones, & Sacrae Constitutiones Ecclesiasticae, & Decreta Consiliorum generalium, & præsertim Tridentini, statuant: ac etiam eos, qui post ipsorum Ordinariorum, vel etiam ab eis Delegatorum quorundamque sententias, & decretalia, aut alias fori Ecclesiastici judicium eludentes, ad Cancillarias, & alias Curias seculares recurunt, & ab illis prohibentes, & mandata, etiam pena, Ordinariis, & Delegatis predictis decerni, & contra illos exequi procurant, eos quoque, qui hac decernunt, & exequuntur, seu dant auxilium, consilium, patrocinium, & favorem in eisdem.

§. 17. Quive iurisdictiones, seu fructus, redditus, & proventus ad Nos, & Sedem Apostolicam, & quoscumque Ecclesiasticas personas ratione Ecclesiistarum, Monasteriorum, & aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum pertinentes usurpant, vel etiam quavis occasione, vel causa, sine Romanis Pontificis, vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium expressa licentia sequebant.

§. 18. Quive collectas, decimas, talleas, praestantias, & alia onera Clericis, Prelatis, & alii personis Ecclesiasticis, ac eorum, & Ecclesia-

Impedientes
executionem
Literarum
Apostolica-
rum, alia-
rumque expe-
ditionum, fu-
predictorum
Judicium.

Judices se-
culares, qui
Ecclesiastica
personas tra-
hant ad sua
Tribunalia.

Publicantes
Statuta Ec-
clesiastica
libertati
prædicta, si-
que uentent.

Impedientes
Ecclesiistarum
Prelatos, ali-
osque Judic-
tes Ecclesiasti-
cos ne sua
jurisdictione
utantur.

Recurrentes
ad Curias Se-
culares ad
eludenda Ju-
dicia Feri Ec-
clesiastici, &
qui in his de-
creta edunt,
vel prætant
auxilium.

Usurpantes
& sequestran-
tes Ju-
risdic-
tionem &
fructus spec-
tantes ad Se-
dem Apo-
stolicam, &
personas Ec-
clesiastica
ratione Ec-
clesiarum.

Imponen-
tes collec-
tum

tas, & alia onera personis Ecclesiastis, eorumque bonis. rum, Monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum bonis, illorumque fructibus, redditibus, & proventibus hujusmodi absque simili Rom. Pont. speciali, & expressa licentia impo- nunt, & diversis etiam exquisitis modis exigunt, aut sic imposita, etiam a ponte dantibus, & con- cedentibus recipiunt. Nec non qui per se, vel a lios directe, vel indirecte praedicta facere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel favorem praestare non verentur, cujuscumque sint praeminentia, dignitatis, ordinis, condicio- nis, aut status, etiam Imperiali, aut Regali prae- fulgent dignitate, seu Principes, Dukes, Comites, Barones, & alii Potentatus quicunque, etiam Regni, Provinciis, Civitatibus, & Terris quoquomodo Praesidentes, Consiliarii, & Senatores, aut quavis etiam Pontificali dignitate insigni- ti. Innovantes decreta super his per sacros Canones, tam in Lateranen novissimè celebrato, quam in aliis Concilii generalibus edita, cum cen- suris, & poenis in eis contentis.

Judices Secularares, qui se interpo- nunt in Cau- sis criminalibus contra Personas Ecclesiasticas.

Occupantes alman Ur- bem, alias, & Civitates, & Provincias Ecclesia Romane, illiusque jurisdictionem usur- pantes.

Absolutio- nem à cen- suris, ut supra, latis Ro- Pontifici re- servata.

rum, Monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum bonis, illorumque fructibus, redditibus, & proventibus hujusmodi absque simili Rom. Pont. speciali, & expressa licentia impo- nunt, & diversis etiam exquisitis modis exigunt, aut sic imposita, etiam a ponte dantibus, & con- cedentibus recipiunt. Nec non qui per se, vel a lios directe, vel indirecte praedicta facere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel favorem praestare non verentur, cujuscumque sint praeminentia, dignitatis, ordinis, condicio- nis, aut status, etiam Imperiali, aut Regali prae- fulgent dignitate, seu Principes, Dukes, Comites, Barones, & alii Potentatus quicunque, etiam Regni, Provinciis, Civitatibus, & Terris quoquomodo Praesidentes, Consiliarii, & Senatores, aut quavis etiam Pontificali dignitate insigni- ti. Innovantes decreta super his per sacros Canones, tam in Lateranen novissimè celebrato, quam in aliis Concilii generalibus edita, cum cen- suris, & poenis in eis contentis.

§. 19. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & quocunque Magistratus, & Judices, Notarios, Scribas, Exequatores, Sub- exequatores quomodolibet si interponentes in causis capitalibus, seu criminalibus, contra Personas Ecclesiasticas, illas processando, banniendo, capiendo, seu sententias contra illas proferendo, vel exequendo, sine speciali, specifica, & expre- sa hujus Sanctæ Sedis Apostolicae licentia, qui- que hujusmodi licentiam ad personas, & casus non expressos extendunt, vel alias illa perperam abutuntur, etiam talia committentes fuerint Consiliarii, Senatores, Praesidentes, Cancella- ri, Vicecancellarii, aut quovis alio nomine nun- cupati.

§. 20. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per se, seu alios direc- te, vel indirecte sub quocumque titulo, vel col- lone invadere, destruere, occupare, & detinere præsumperint in totum, vel in partem, Almam Urbem, Regnum Siciliae, Insulas Sardiniae, & Corsicae, Terras citra Pharam, Patrimonium Beati Petri in Thuscia, Ducatum Spoletanum, Comita- tum Venetinum, Sabinen, Marchia Anconitanæ, Massæ Træbariæ, Romandiæ. Campaniæ, & Maritimæ Provincias, illarumque Terras, & Loco, ac Terras specialis commissionis Arnulforum, Civitatesque nostras Bononiam, Cæsenam, Ariminum, Beneventum, Perusum, Avenionem, Civitatem Castelli, Tuderum, Ferrariam, Co- magnum, & alias Civitates, Terras, & loca, vel jura ad ipsam Romanam Ecclesiam pertinente, dictaque Rom. Eccl. mediæ, vel immediata subiecta: necnon supremam jurisdictionem in illis Nobis, & eidem Romanæ Ecclesie competente de facto usurpare, perturbare, retinere, & vexare variis modis præsumunt: necnon ad- harentes, fautores, & defensores eorum, seu illis auxilium, consilium, vel favorem quomodo- libet præstantes.

Volentes præsentes nostros processus, ac omnia, & quocumque his literis contenta, quo- usque alii hujusmodi processus à Nobis, aut Rom. Pont. pro tempore existente fiant, aut publi- centur, durare, suosque effectus omnino for- tiri.

Cæterum à prædictis sententiis nullus per alium, quam per Rom. Pont., nisi in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc, nisi de stando Ecclesie mandatis, & satisfaciendo cautione præstata, absolvî possit, etiam prætextu quarumvis facultatum, & indultorum quibuscumque personis Ecclesiasticis, Secularibus, & quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium, ac Militiarum Regularibus, etiam Episcopali, vel alia ma-

jori dignitate præditis, ipsisque Ordinibus, & eorum Monasteriis, Conventibus, & Domibus ac Capitulis, Collegiis, Confraternitatibus, Congregationibus, Hospitalibus, & locis piis, nec non Laicis, etiam Imperiali, Regali, & alia mundana excellentiâ fulgentibus, per Nos, & dictam Sedem: ac cuiusvis Concilii decreta, verbo, literis, aut alia quacumque scripturâ in ge- nere, vel in specie concessorum, & innovatorum, aut concedendorum, & innovandorum.

Quod si forte aliqui contra tenorem prædic- tum talibus excommunicatione, & anathemate laqueatis, vel eorum alicuii abolitionis benefi- cium impendere de facto præsumperint, eos ex- communicationis sententia innodamus, gravius contra eos spiritualiter, & temporaliter, prout expedire noverimus, processuri.

Declarantes, ac protestantes quacumque ab- solutionem, etiam solemniter per nos faciendam, prædictos excommunicatos sub præsentibus comprehensos, nisi prius à præmissis cum vero pro- posito ulterius similia non committendi deslite- rint; ac quod eos, qui contra Ecclesiasticam li- bertatem, ut præfertur, statuta fecerint, nisi prius statuta, Ordinationes, constitutiones, prag- maticas, & decreta hujusmodi publicè revocaver- int, & ex Archivis, seu Capitularibus, locis, aut librís, in quibus annotata reperiuntur, dcleri, & cassari, ac Nos de revocatione hujusmodi certio- res fecerint, eos non comprehendere, nec eis ali- ter suffragari; quin etiam per hujusmodi abso- lutionem, aut quoquocumque alios actus contrarios, tacitos, vel expressos ac etiam per patientiam, & tolerantiam nostram, vel Successorum nostrorum quantocunque tempore continuatam, in præmissis omnibus, & singulis, ac quibuscumque juribus Sedis Apostolice, ac S. R. E. undecimque, & quandcumque quæstis, vel quærendis, nullaten- nus præjudicari posse, aut debere.

Non obstabus privilegiis, indulgentiis, in- dultis, & literis Apostolicis generalibus, vel spe- cialiibus supradictis, vel eorum alicui, seu aliquibus alii cujuscumque ordinis, status, vel condi- tionis, dignitatis, & praeminentia fuerint, etiam si, ut præfertur, Pontificali, Imperiali, Regali, seu, quavis Ecclesiasticâ, & mundanâ præfulgeant dignitate, vel eorum Regnis, Provinciis, Civitatibus, seu locis à prædictâ Sede, ex quavis causâ, etiam per viam contractus, aut remunerationis, & sub quavis alia forma, & tenore, ac cum qui- busvis clausulis, etiam derogatoriis derogato- ris conceffis, etiam continentibus, quod excom- municari, anathematizari, vel interdici non pos- sunt per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de privile- giis, indulgentiis, & indultis hujusmodi, ac de ordinibus, locis, nominibus propriis, cognomi- nibus, & dignitatibus eorum mentionem, nec non consuetudinibus, etiam immemorabilibus, ac præscriptionibus quantumcumque longissimis, & aliis quibuslibet observantia, & scriptis, vel non scriptis, per quæ contra hos nostros processus; ac sententias, quominus includantur in eis, se juvare valeant, vel tueri, quæ omnia quoad hoc, eorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, insererentur, præfentes pro ex- pressis habentes, penitus tollimus, & omnino re- vocamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Ut verò præfentes nostri Processus ad publi- can omnium notitiam faciliter deducantur, char- tas, seu membranas Processus ipsos continent, valvis Basilicæ S. Jo. Lateran., & Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe appendi faciemus, ut ii, quos Processus hujusmodi concernunt, quod ad ipsos non pervenerint, aut quod ipsos ignora- verint, nullam possint excusationem prætendere,

Excommuni- catabo lvere præsumentes contra tenorem prælen- tiuum.

Pontificis abloctio eos tantum compre- hendit, qui à præ- missis desti- terint.

Derogat con- trariis.

Etiam Indul- to, quod quis excommuni- cari non pos- sit, nisi facta ejusdem In- dulci men- tione.

Affixio præ- sentium in Urbe vim ha- beat perso- nalis præsen- tationis.

ANNO
1701.

CLEMENS UNDECIMUS.

ANNO
1701.

Mandat praesentes annuatim publicari per quolibet Praelatos in propriis Ecclesiis.

aut ignorantiam allegare, cum non sit verisimile, id remanere incognitum, quod tam patente omnibus publicatur. Insuper, ut Processus ipsi, & praesentes literæ, ac omnia, & singula in eis contenta eò fiant notiora, quo in plerisque Civitatibus, & locis fuerint publicata, univeris, & singularis Patriarchis, Primitibus, Archiepiscopis, Episcopis, & locorum Ordinariis, & Praelatis ubilibet constitutis, per haec scripta commitimus, & in virtute sancte obedientiae districte praepiendo, mandamus, ut per se, vel alium, seu alios, praesentes literas, postquam eas receperint, seu earum habuerint notitiam, semel in anno, aut si expedire viderint, etiam pluries in Ecclesiis suis, dum in eis major populi multitudine ad divina convenerit, solemnitate publicent, & ad Christifidem reducant, nuncient, & declarent.

Singuli Praelati, & animarum curam habentes, ac simplices Confessarii has literas penes se retinere debeant.

Fides habenda Transtumpatis.

Sanctio Pontalis.

Ceterum Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, aliisque locorum Ordinarii, & Ecclesiarum Praelati, necnon Rectores, ceterique curam animarum exercentes, ac Presbyteri sæculares, & quorunvis Ordinum Regulares ad audiendas peccatorum confessiones, quavis autoritate deputati, transumptum præsentium literarum penes te habeant, easque diligenter legere, & percipere student. Volentes earundem præsentium transumptis, etiam impressis, Notarii publici manu subscriptis, & sigillo Judicis Ordinarii Romanæ Curia, vel alterius personæ in dignitate Ecclesiastica constituta iunitis, candem pro rursus fidem in judicio, & extra illud ubique locorum adhibendam fore, qua ipsi præsentibus adhucibetur, si essent exhibita, vel ostensa. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ excommunicationis, anathematizationis, interdicti, innovationis, innocationis, declarationis, protestationis, sublationis, revocationis, commissiōnis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei a suu temerario contraire. Si quis autem hoc attentre præsumpsit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Dat. Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominice millesimo septingentesimo primo, Nono Kalendas Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Primo.

J. Card. Prodatarius.

F. Oliverius.

Visa de Curia C. A. Fabronus.

Philippus Porta.

Loco + Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

Consimiles literæ Processus iisdem prorsus concepte verbis publicata fuere die Canis Domini singulis sequentibus annis, usque dum Clemens XI. vitam cum morte commutavit.

IV.

FACULTAS.

Transferendi pensiones Ecclesiasticas usque ad summam scutorum centum monetae Romanæ pro RR. PP. DD. in Signatura Justitiae Votantibus.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memriam.

Exordium.

Romanus Pontifex, Supremus gratiarum Dispenſator in Terris à Domino constitutus, illos, qui affiduus, graveſque labores pro Justitia unicuique æqua lance administranda laudabiliter sustinet, specialibus privilegiis exornat, sicut eo-

tum meritis convenire arbitratur. Itaque ad exigua Dilectorum Filiorum modernorum utrisque Signatura nostra Referendariorum in Signatura nostra Justitiae Votantum in Nos, ac Apostolicam Sedem merita, paternæ dirigentes considerationis intuitum, eosque proinde, ac illorum Successores, ut eò alacrius fidem, operam, industriam, atque sedulitatem in ejusdem Sedis obsequium adhibere studeant, specialis favore gratia prosequi volentes, & ipsorum modernorum Votantum singulare personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latissima, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum, præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, motu proprio, & ex certa scientia, & natura deliberatione, nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, prædictis modernis, & pro tempore existentibus Referendariis dictæ Signatura Justitiae Votantibus, ut ipsi pensiones annuas Apostolica sibi auctoritate super quibusvis fructibus Ecclesiasticis reservatas, & pro tempore reservandas usque ad summam centum scutorum monetæ dumtaxat, ad favorem unius, seu plurium personarum Ecclesiasticarum, seu Clericorum, ac alias pensionum hujusmodi capaciun, etiam in mortis articulo, coram Notario, & testibus, & cum alicuius Praelati, seu Personæ in Ecclesiastica dignitate constitute interventu transferre (servata tamen forma Constitutionis fel, rec. Innocentii PP. XI. prædecessoris nostri super translatio ne pensionis editæ) libere, & licite possint, & valeant, tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Decernentes easdem præsentes literas, & in eis contenta quæcumque, nullo unquam tempore de subceptionis, vel obceptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostra, aut interesse habentium consensus; aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & substantiali defectu, notarii, impugnari, retractari, infringi, seu ad terminos juris reduci, aut in controversiam revocari, seu adversus illas aperitionis oris, restitutio nis in integrum, aliuide quocumque juris, facti, vel gratis remedium impetrari, vel intentari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & protestatis plenitudine paribus concesto, vel emanato, quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare posset, neque ipsas præsentes literas, sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aliisque contrariis dispositionibus, etiam per Nos, vel Romanos Pontifices successores nostros, & Sedem præfamat in genere, vel in specie, aut alias quomodolibet, & quandocumque faciendis, comprehendendi, vel comprehensas censi, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac etiam de novo sub quacumque posteriori data per eos, ad quos pro tempore spectabit, eligenda, concessas intelligi, firmasque, validas, & efficaces existere, & fore, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari; Sicquè, & non aliter in præmissis per quocumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palati Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, aliosve quolibet quacumque præminentia, & potestate fungentes, & functiones, sublatæ eis, & eorum cuiilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, & irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel igno-

Clauſula ſublata cum decreto irritanti.

ranter

Præſcribit modum in translatione fervandum.

Signaturæ
Justitiae Vo
tantibus fa
cultatem
concedit
transferend
pensiones u
que ad sum
mam ſcuto
rum centum
moneta.